Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

res ut audirent illū Et
murmurabant pharisei
et scribe dicentes Quia
hic peccatores recipit et ma
ducat cum illis Et ait ad
illos parabolam istam di
cens Quis ex uobis ho
mo qui habet centum oues et
si perdiderit unū ex illis nō
ne dimittet nonaginta
nouem in deserto et uadit
ad illam que perierat donec
inueniat illam Et cū in
ueniet illam imponet
super humeros suos gau
dens Et ueniens domū
conuocat amicos et ua
nos dicens illis Con
gratulamini mihi quia in
ueni ouem meam que
perierat Dico uobis qui
a erit gaudium in celo
super uno peccatore penitentiam
agente quam super no
naginta nouem iustis
qui non indigent peni
tentia Aut que mulier habens
dragmas decem si perdi
derit dragmam nonne accendit lucernam
et everrit domum et quærit
diligenter donec inueniat
eam Et cum inuenerit con
uocat uicinas et amicas
dicens Congratulamini
mihi quia inueni dragmam
quam perdideram
Dico uobis gaudium
erit coram angelis dei
super uno peccatore penitentiam
agente Offertorium Deprecentur te omnes qui nouerunt nomen
tuum domine quoniam non derelinquis
querentes te psallite domino qui
habitat in sion quoniam non est obli
tus oratorem pauperum Secreta Re
spice domine munera supplicantis
ecclesie et salutem credentium per
tuam sanctificationem sumenda
concede per dominum Communio Ex
clamauit quidam exaudisti me
deus meus miserere tuam et
exaudi orationem meam Complenda
Sancta tua nos domine
sumpta uiuificent et
me semper et ubique perficiant ex